

constrinperat. Sed modo innumerales mortes et infinita iussa compes-
 cuit. Jam enim perfecti episcopi et clerici per calcaata certamina post magnalia fig-
 na et mirabilia usquequaque monstrata noscuntur naufragasse cum voluerunt
 in hac naui fragili nauigare. Secundo sic nullus se cum muliere debet conducere
 qui uxorem contempnit. Qui enim vult vinum non bibere vini oblectatione per-
 frui non debet. Sed clerici et ecclesiastici viri vniuersaliter despererunt vniu-
 lu nuptiarum. ergo vinculis feminis non debent alligari quod quibus nullo conu-
 tu miscerent. tamen eis desiderio cum visu colloquio coniunctione semper oblectan-
 tur. Tercio sic peius est mechia quam continentiam ducere criminiosam et infa-
 mem facere sanctimoniam. Sed clericus fame et pudicie bonum frustra iterum
 secus laborioso agone custodit ex quo fornicatus patitur infamari per conso-
 rium mulierum. Quarto sic nullus super vna febre cupit adhibere peiorum ne incipi-
 piat enutricio insanabili laborare. aut nullus valeat medicus subuenire. Sed
 nunquam corpus humanum desiderijs carnalibus spiritum cessat iustitiam. ergo sufficit
 clerico carnem suam superare et non alteram adducere. Quinto sic. Si mariti et
 uxores desideria conjugalia cotidie gerentes sibi non sufficiunt ad extinguen-
 da libidine quod agunt illi qui adiuuanda impugnationes feminis sociant. Per-
 to sic. Clericus delinquit ubi sine suspitione securum potest esse delictum maxime
 quod concupiscentie nulla suspitio rerum existit aut dyabolus pingens speciosum
 efficit quicquid fedum et horridum fuit. ergo nulla femina nec vetula nec affinita
 te coniuncta speculariter a clericis suscipienda est ad domesticum obsequium.
Ad primum ergo est dicendum quod sicut dicit augustinus magni homines sunt qui sanc-
 tis prophetis volunt se comparare. ad occasionem enim nostre luxurie in peruersum
 sanctos volumus imitari. inter ceteros actus vestigia iustorum nolimus sequi.
 In quibusdam enim tamquam infirmos nos excusamus ad imitandum facta ma-
 iorum et in alijs nos equales maioribus prestamus. cum tamen belias in angus-
 tia constitutus imparet paribus suis ante deum fateatur. nunquid ait melior sum
 quam patres mei. **A**d. ij. e. dicendum quod non videmus sic apud nos calcaata auar-
 ritia sicut apostolus circa dimisit nec videmus crapulas et ebrietates sic nostris
 coniuijs abesse. sicut apostolus nichil habentes frequenter conati sunt esurire nec
 cognoscimus in nobis ieiunia nisi fame nuditate propter instantiam solis. doc-
 trine ubique pollere sicut in apostolis legimus. et in phariseis. si tales ut dicit augustinus
 sunt callidi argumetatores et inuisperiti fallaces qui dum capiunt pernicitatem con-
 trauerhas actionesque causarum. etiam ipsa iura transuertunt. et tamen nolunt
 competentibus coherentibus inquisitionibus legum ad illud deus iudices inuenientibus
 exephis velut similes conuerturas iuris obiciunt. de quibus bene per salomonem di-
 citur. peccato homo evitat correctionem et ad voluntatem suam inuenit comparationem.
Ad tertium est dicendum per increpationem. utilior namque est masculus et pu-
 er puerus ad domesticum obsequium quam femina per quanto reverentior ut a clericis